Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

Aristotelis Categoriæ.

2.

Aristotelis Categoriæ, seu Predicamenta. Titulus: "Incipit liber predicamentorum Aristotilis." Initium: "Equivoca dicuntur quorum nomen so„lum comune est." Finis: "Sed qui consueverunt „dici pene omnes enumerati sunt. Explicit „liber predicamentorum aristotilis. Deo grãs amen." In edit Opp. Aristot. citata habentur T. I. p. 20. sed versio alterius est.

Gilberti Porretani lib. de Principij.

3.

Gilberti Porretani liber de sex principiis. Titul. „Incipit liber sex principiorum." Initium: „Forma est compositioni contingens simplici „et invariabili essentia consistens." Finis: „cui inest secundum naturam moveri ulgnd. „Explicit liber sex principiorum". Opusculum hoc editum est in antiquis latinis Aristotelis editionibus, tantique ab Alberto Magno æstimatum, ut illud proprijs explanaverit commentariis, quos habes octo tractatibus in edit. Opp. Alb. M. T. I. p. 194. et seqq.

Gilbertus Porreta seu Porretanus, Philosophus subtilis, patria et Episcopus Pictaviensis, scriptis clarus, vivere desiit 1154. A S. Bernardo erroris de SS. Trinitate incusatus, in concil. Remensi 1148. Scripta sua benigne inter-